



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 65.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

ἡμᾶς προσημιότερον. τί δὲ ἔχει τοῦ
ἡμᾶς καὶ γέλωτος, ὧν ἐκείνοι πα-
δαζοῦσιν, ἔχουσι θεότητες ἐκ παθῶν,
οὐχ αἱ ἀνδρείαι ὑπὲρ παθῶν, ἔχουσι
ἀγῶνες ὑπὲρ παθῶν. Φεύγε τοί-
νυν καὶ τίς ἀνάγνωσιν τῆς ἀχρότι-
τος. δεινῶς γὰρ οἶδεν ἀνατομοῦ
τοὺς τῶν ψευδῶν σιωπῶντα-
τας μάλαπας, μήποτε ὑποσρέ-
ψῃ τὸ πνεῦμα τῆς ποιητικῆς σφοδρό-
τερον, καὶ χεῖρόν σοι τίς ἦταν τῆς
προσέτις ἀγνοίας ἢ ῥαθυμίας ἐργά-
σεται.

Εὐλαμπία. 64.

Τὴν ἀκαρπὸν Ἰουδαίων γεωρῶν ὁ
Ἰωάννης παραίτησε, δένδροις αὐτοὺς
ἀκαρποῖς παρέκασε, ὡς πρὸς τὴν ῥί-
ζαν αὐτῶν κείσθαι τὴν ἀξίαν σπο-
φινάμνος, τὴν ὁρῶν καὶ σύντομον τῆ
εὐαγγελίᾳ διαίτησιν, ὅφ' ἦς πᾶν δέν-
δρον μὴ ποιοῦν καρπὸν κελὸν, ἐκκο-
πίται, ὅτι ὄρυσσεται. ἢ γὰρ φυὴ
τῶν ῥιζῶν, ὁ νόμος δηλαδὴ καταλεί-
πεται, ἢ ὁ νέος λαὸς ἐγκεντρὶζέται.

Τῷ αὐτῷ. 65.

Μαθεῖν θέλων ἐσημανᾶς τίς ἢ τὸ
πῶς ἐργεῖται, ἢ μεταχειρίζεται
ὡς καθαρῶν τῆς ἀλώσεως τῆς
ἰδίας ὁ κύριος, τὸ τοίνυν ὅτι, ὡς οἴ-
μα, τὸ νόημα, ἀλωνα, τὴν σάνδη-
μον τῆς οἰκονομίας ἐκκλησίας ὡς
σαρρῶν, ἐν ἣ πάντα τὸν θερισμὸν
συναγείρει τῆς ἀνθρωπότητος. πῶσον
δὲ, τὴν δικαίαν κρίσιν καλεῖ, ἢ τις ἐ-
κείνη τὴν ὡς σφοδρὸν πᾶσι οὐκ ἐ-
σαι, τοὺς μὲν ἀχρότους καὶ χαίρους,
καὶ παντὶ ἀνέμῳ ἀμαρτίας ῥιπιζο-
μένους, εἰς καὶ σιν ἐκδίδωσι. τὸ δὲ
καθαρότητι ἔργων, καὶ μετᾳνοίας καρ-
ποῖς ἐὼν ἠνάστας, εἰς σποθήκην συν-
άγειται λέγει ὁ δικηγὸς κρίτης, τὴν
ὡς πᾶσι τοῖς πιστοῖς καὶ ἀξίοις αὐ-
τῷ ἐργάτας καὶ γεωργούς, ἢ καὶ μο-

illos est, quod religioni nostrae sit praeferendum? Quid non mendacio ac risu scaturit, ex iis quae magno studio confectantur? An non diuinitates ex vitiosis affectionibus? An non fortia facinora pro vitiosis affectionibus? An non certamina pro vitiosis affectionibus? Quamobrem ipsam quoque sceditatis & obscenitatis lectione fuge (nam ea miram ad aperienda vulnera iam cicatrice obducta vim habet:) ne alioqui vehementiore cum impetu spiritus improbus reuertatur, ac deteriore & perniciosiore tibi priore ignorantia aut negligentia cladem inferat.

Eulampio. 64.

Sterilem Iudaeorum voluntatem atque animi institutum Iohannes perspicuus, in frugiferis arboribus eos comparauit, ad eorum radicem securim positam esse pronuncians, hoc est acutam ac compendiosam Euangelij diuisionem; qua omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, non autem foditur. Siquidem id quod ex radicibus pullulauit, hoc est lex, relinquitur: cui populus nouus inferitur.

Eidem. 65.

Significasti per literas, te scire cupere, quamnam ventilabri illius, quod Dominus ad areae suae purgationem sumit, vis ac facultas sit. Hic igitur, ni me opinio fallit, quid areae nomine vniuersam orbis terrarum Ecclesiam intelligit, in qua omnem humanae naturae messem cogit. Ventilabri autem vocabulo iustum iudicium appellat; quod quidem eum, qui cuique aptus sit, gradum distinguens ac definiens, paleares quidem, ut ita dicam, ac dissolutos homines, quique ad omnem peccati ventum huc illucque iactantur, flammis addicit: eos autem, qui operum puritate, ac poenitentiae fructibus abundauerunt, in horreum congregari iustus iudex ait; hoc est piis, seque dignis, operariis atque agricolis congruens domicilium. Quam etiam salutarem mansionem nuncupat. Illic enim verè

Periculo-
sa. i. p. i. b.
librorum
lectio.

Luc. II.

Matth. 3.

Matth. 3.

rea.

Quid ven-
tilabrum.

Quid
horreum.

Ioan. 14.

C

Heb. 13. mansio est. Nam praefens vita tentoriu vile
Hac vita est ; quod simulatque compactum ac fi-
entoriu. xum est, eodem temporis puncto soluitur.

Casario Comiti. 66.

Math. 3. Iustus ille iudex, quod cuique tempore
conuenit, attribuens, Sine modo, ad Ioan-
nem dicebat, ipsius baptizandi munus re-
cusantem. Nam cum ille, ut Domino ve-
nerationem exhibens, diuinum caput at-
trectare minime auderet, Sine modo, audi-
uit. Nunc, inquit, paupertatis tempus est,
demissionis lex. eius causa, ob quem hu-
manitatem assumpsi, baptismum accipio,
ut eum a maledicto expiem. Nunc Domi-
nica potentia opus non est, verum seruili
deiectione ac vilitate. Sine modo commi-
serationem expleri ; ne hominum salus
impediatur. sic enim decet nos implere
omnem iustitiam. Hoc enim iustitiae mu-
nus postulat, ut qui hominum affectiones
suscepit, vere baptismum quoque pro ipsis
suscipiat, qui & ipsorum peccata soluat, &
eorum in me statum ab omni corruptio-
ne alienum significet.

Timotheo Lectori. 67.

Ioan. 5. Valde mihi videris Domino obtempe-
rare velle, ac scripturas scrutari. Itaque ad
ea, quae ex me quaesiuisti, respondere ne-
cessse est. Hic est filius meus dilectus, Deus
ac pater e caelis alta voce de filio testatus
est, ut & genuinum ac naturalem filium
esse ostenderet, de quo dubitabatur, num
inter eos, qui per adoptionem ac dignita-
tem filij appellantur, numerandus esset:
& diuinam atque adorandam diuinitatis
Trinitatem declararet, in propriis perso-
nis agnoscendam: & denique Montano ac
Sabellio peruerfam impietatem occlude-
ret. Nam cum Filius baptizaretur, Pater
testimonium dixit: & Spiritus sanctus de-
uolans, cum, qui tingebatur, eiusdem se-
cum & cum Patre substantiae esse osten-
debat.

γὴν ὄναμάζει σωτήριον. οὐκ ἔστι γὰρ ὅτιν
ὄντως ἡ μνη. ἢ γὰρ πάσαι ζωὴ, σκη-
νὴ ὅτιν εὐτελής, συνδρομοὶ ἔχουσα τῆ
συμπήξει, καὶ πλὴν κατὰ λύσιν.

Κουσαίου κόμμη. 67.

Τὸ ἄρεποι ἐχάτω χειρῶν παρορέ-
μων ὁ δίκυρος κριτής, ἄφες ἄρπι, τῶ
Γεώργη ἔλεγε παρατεμνόμεν τὸ βά-
πτισμα. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ὡς τῶ
δραπέτη τὸ σέβας Σποδιδίου, ἀπὸ
αὐτοῦ τῆς θείας οὐκ ἐτόλμα κεφαλῆς,
ἄφες ἄρπι, ἦκεσε, νῦν, φησί, πτωχίας
καρπός, συγκαταβάσεως θεσμός, δι' ὃν
ἀνέλιφα ἄνθρωπον, λαμβάνω τὸ βά-
πτισμα, ἵνα οὐκ ἔσθω κατὰ τῆς πα-
ρορέσεως. ἢ χρεία νῦν τῆς δραπέ-
τικῆς ἐξουσίας, ἀλλὰ τῆς δικαίας εὐ-
τελείας. ἄφες ἄρπι πληρωθῆναι πλὴν
ἐπιλογισίας, ἵνα μὴ ἐμποδισθῆ τῆ
ἀνθρώπων σωτηρία. ἔτι γὰρ ἄρεποι ἡ σωτηρία
ἡμῶν ἐπὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.
δικαιοσύνη γὰρ ὅτι, ἵα πάθη τῶν ἀνθρώ-
πων ἀναδέξασθαι, ἀπαθῶς ὑπὲρ αὐ-
τῶν ἢ βάπτισμα δεξασθαι, λυτήριον
τῆς αὐτῶν ἁμαρτίας, καὶ σύμβολον
τῆς αὐτῶν ἐν ἐμοὶ ἀφθαρσίας. ἁμαρ-
τησίας.

Τιμοθέω ἀναγνώστη. 67.

Εοικᾶς μοι πάνυ βλέπειν τῶ κυ-
εἶναι πείθεσθαι, καὶ τὰς γραφὰς ἐρευνᾶν.
ἀνάγκη ποίνω καὶ ἀποκρίνεσθαι τὰς
πρώσεις σε. ἔπος ὅτιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγα-
πητός, ὁ θεός καὶ πατήρ ἐξ ἑρανῶν βα-
πτισμῶν τῶ υἱῶ ἐπεβόησεν, ἵνα καὶ
τὸν γνήσιον δείξῃ καὶ φυσικὸν υἱόν, με-
τὰ τῆ θεοῦ καὶ ἀξία χερμαπ-
ζόντων υἱῶν ἀμφιβαλλόμενον, καὶ τῆ
θεῶν καὶ πατρῶν τῆς θεότητος
κρίσιδα φανεράση, ἐν ἰδίαις ὑπο-
στάσει γινωσκόμενον, καὶ Μοντανῶ καὶ
Σαβελλίῳ ἀποκρίσιν πλὴν κακῶν
ἀσέβειαν. τῶ γὰρ υἱὸς βαπτισμῶν ὁ
πατήρ ἐμαρτύρησε, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀ-
γιον κατὰ πλῆρη, ὁμοῦσιον ἑαυτῶ καὶ τῶ
πατρί ὑπὸ ἐκείνῳ τῶ βαπτισμῶν.

Τῶ